

REPELLENTIBVS modicè, viāsque per
quas materia ruit, contrahentibus.

Fomentatio fiat ex aqua tepida sæpius in die, in qua co-
quantur rosæ, violæ, flores nymphææ, folia & radices
plantaginis, semina papaveris albi, myrt. lorum, radi-
ces mandragoræ; hinc versus augmentum addemus
prædictis folia maluæ, camomillæ, meliloti.

Circa statum, addemus fœnugræci semina.

Instilletur oculis aqua rosacea.

Collyrium ex tragacanthon, pompholyge, gummi Ara-
bico, mastiche, bolo Armena, corallo rubro, quibus
parum opii addere possumus, si dolor istis medica-
mentis non superetur, efficacia enim magna fluxum
humorum sistit.

Liquor ouï laetæ mulieris permistus oculis apponatur,
aut idem liquor cum decocto papaveris albi, aut aqua
rosacea, mulierisque laetæ commixtus.

Aqua rosacea, solani, plantaginis, in quibus papaveris
semina decoquantur, quibus tandem etiam liquor
albuminis ouï conquassati permiscebitur.

Trochisci albi Rasis cum aqua rosacea dissoluantur, si
dolor magnus adsit.

Cataplana ex capitibus papaverum, rosis, balaustiis,
solano, plantagine, carticibus granatorum, bolo Ar-
mena, sanguine draconis; fronti temporibusque ada-
ptetur cum ouï vitello.

Emplastrum ex farina fabacea, semine lini, fœnugræci,
acero, albuto, albumine ouï, fronti applicetur.

Si per venas & arterias fluat humor extra craneum
existentes, oculis imponantur non multum stiptica;
periculum enim ex fortioribus impendet, ne materia
intrò pellatur ad oculorum neruorumque concavita-
tem, sicque cataractam cæcitatemque induant per-
petuam; quod magis quoque metuendum erit si per
venas fluat materia in craneo hærentes, cum sic quo-
que validius congelenet materiam circa neruos opticos.

In